



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

**Parisiis, 1644**

I. Vicarii a monachis non sunt recipiendi sine honestae sustentationis  
aßignatione.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15588**

Pars  
XXXIX.DE VICARIIS MONACHORVM,  
ET ALIORVM.Anno  
CXXXIX  
1177.

## CAP. I.

*Idem VVigornienſi epiſcopo.*Pars capi-  
tuli, Super  
eo quod a  
nobis.  
Supra de  
appellatio-  
ne.

DE monachis autem, qui vicarios parochialium eccleſiarum in tantum grauant, vt hoſpitalitatem tenere non poſſint, nec honeſtam ſuſtentationem habere, hanc tene curam & prouidentiam, quod ad \* præſumptionem monachorum nullum recipias, niſi tantum de beneficiis eccleſiæ fuerit ei aſſignatum, vnde iura epiſcopalia poſſit ſoluere, & congruam ſuſtentationem habere. Iſtis autem ſacerdotibus, quibus a te vel a tuis prædeceſſoribus cura animarum eſt commiſſa, in eccleſiis monachorum eam ſubtrahere poteris, niſi iſtis a monachis honeſta & ſufficiens ſuſtentatio fuerit aſſignata, & in his ita \* promiſſum, quod tibi de tua iuſtitia poſſint, ſicut conuenit, reſpondere.

\* ſi præſumptionem

\* ſi promiſſum

CAP. II. *Idem VVintonienſi epiſcopo.*

Si perſona alicuius eccleſiæ vicario, quem in eadem eccleſia conſtituit de aſſenſu & auctoritate diœceſani epiſcopi, aſſignauit portionem, is qui perſona illa defuncta in perſonatum illius eccleſiæ ſucceſſit, ab eadem eccleſia vicarium remouere, vel aſſignatam ſibi portionem minuere non poteſt, niſi aliquid committeret, propter quod per iudicem eſſet in vicaria vel beneficio condemnandus.

CAP. III. *Idem Norwicenſi epiſcopo.*

Clericos autem vel in preſbyteratu, vel in aliis minoribus ordinibus conſtitutos, in vicariis quas ſunt adepti, alios ſubſtituere non permittas, cum id ſatis ſit abſurdum & abſonum, & omni rationi contrarium.

## CAP. IV.

Extra. De  
ingrati-  
tudine.

Illud etiam in vicariis, qui perſonis fide & ſacramento ſunt obligati, duximus ſtatuendum, quod ſi fidei vel ſacramenti religione contempta, perſonatum ſibi falſo aſſerentes, contra perſonas ſe erexerint, & ſuper hoc in iu-